



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 25. Generalis horum rebellium consultatio Schwarzachii habita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

conservationem nec occulte nec publice Sæc. XVIII.
 in quocunque loco & sub quovis præ- A. C. 1731.
 textu simul plures quam tres conve-
 nirent.

§. XXV.

*Generalis Rebellium consultatio
 Schwarzachii habita.*

Paterna hæc Principis benevolentia refractoriorum animos adeo non flectebat, ut seposita omni fide & reverentia, Archiepiscopi decreta illuderent, & Catholicos precibus, promissis, ac dolosis suggestionibus ad apostasiam sollicitarent: Quinimo eo temeritatis prolapsi sunt, ut Schwarzachii generalia comitia seu *magnum*, ut vocabant, *Senatum* indicerent. In eo decrevere, viginti suorum Ratisbonam esse ablegandos, ibidem hanc causam diremptum iri, submittendos esse Prædicantes, si vero his Princeps aditum occlusurus esset, aut milites immittere vellet, eis alimenta fore deneganda, & habito rursus consilio cunctos arma sumpturos, primo Parochos dein Dominos, postea ceteros fidei novæ adversantes *Papisticos hosce canes* esse trucidandos, & abscissa Catholicorum capita pedibus Lutheranorum conculcanda, vel vice versa; denique

N n 2

tuen-

Sæc. XVIII.
A. C. 1731.

tuendam esse fidei libertatem, in rebus
fidei vivendum ad iussa Ratisbonensium
nulloque pacto permittendum, ut a pa-
tria bonisque suis propellantur. Hæc plura alia adversus Archiepiscopum
& Catholicos, totamque patriam
perniciosa cudebant consilia, atque
illorum excidium insolito juramento
modo, scilicet digitis lambendo, et
genuflexi, erectaque dextera conjura-
runt. Postmodum tam publicas quam
privatas consultationes, & seditiones
habuere conventicula, & Prædicantibus
ad rebellionem concitantibus potius
nas adhibuerunt aures. Nil frequen-
tius audiebatur, quam Parochorum &
Catholicorum ædes esse deprædandas
subjectoque igne comburendas, potius
omnes Catholicos esse jugulandos,
quam externos milites ad alpes admi-
tendos & armamentarium vi esse oc-
cupandum. In ipsum quoque Archiepiscopum
ac Principem horrenda convitia, & pudenda
vomuerunt convitia, & pudenda discursiva,
& quod obscænius, sed a moribus
ejusmodi Profelytorum non abhorrent.
Archiepiscopi edicta stercore communi
deshonestarunt (*). Porro hæc omnia
pluraque alia ab hisce factiosis attentata

(*) Vid, Reichs Fama Tomo XI. cap. 3.
pag. 461. 467. 469. 480.

testibus idoneis & juratis coram suis Sæc. XVIII.
 Judicibus comprobata Archiepiscopus A. C. 1731.
 publicis typis manifestari jussit, ut om-
 nes a studio partium alieni judicare
 possent, an rebelles hi subditi toties
 læsæ Majestatis rei, ac publicæ pacis
 perturbatores Beneficio Emigrationis
 in pace Westphalica stabilito jure gau-
 dere valeant, & an non potius per sua
 scelera indignos sese illo reddiderint?

§. XXVI.

*Caroli VI. Imperatoris epistola ad
 Salisburgenses Apostatas.*

Cum ergo Archiepiscopus ac Prin-
 cept Salisburgensis multiplici ex-
 perimento comprobatum haberet, re-
 belles hosce subditos nec clementia,
 nec minis ad officium redigi posse, Ca-
 roli VI. Cæsaris opem implorabat, da-
 tis ad eum literis, quibus refractariam
 suorum seditionem ac contumaciam plu-
 ribus exposuit. Obstupuit ad hæc
 Imperator, ac suarum partium esse ra-
 tus, ut eos ad debitum obsequium au-
 ctoritate sua reduceret, ipse ad illos
 Vienna die vigesima sexta Augusti per-
 scripsit, se ab Archiepiscopo Salisbur-
 gensi, Imperii Principe percepisse, ejus
 subditos, præcipue Alpium valliumque
 incolas sub Religionis oppressæ præ-
 Nn 3 textu